

Certamen animalium poetarum: Vincetne vere optimus?



PLUSKURS „LATEIN“

Kaspar-Zeuß-Gymnasium Kronach



Kaspar-Zeuß-Gymnasium Kronach
Langer Steig 1
96317 Kronach

Zur Entstehung unseres Stücks

Im turbulenten Jahr 2020/2021 haben wir SchülerInnen des Latein-Pluskurses „Lyrikwerkstatt“ uns für den Bundeswettbewerb Fremdsprachen ein Theaterstück zu aktuellen Themen ausgedacht. Eine große Hilfe dabei waren die römischen Dichter Phaedrus und Martial, in deren Werk wir uns eingearbeitet und die wir uns zum Vorbild genommen haben. So entstand die Idee, im Rahmen einer lateinischen Fabel Epigramme im Stile Martials zu präsentieren, wobei jedes Fabeltier wie bei Phaedrus bestimmte menschliche Eigenschaften verkörpert. Die verschiedenen Tiere treten in einem Dichterwettstreit gegeneinander an, der von einer Jury bewertet werden soll, die aus eben jenen Dichtern besteht, was nicht ohne Folgen bleibt.

Bei der Suche nach geeigneten Themen für unsere Spottgedichte ließen wir uns von der Frage leiten, welche Laster unserer Gesellschaft wir ähnlich wie Martial auf die Schippe nehmen könnten. Schnell kristallisierten sich folgende Aspekte heraus:

Selbstzweifel, der völlig überzogene Markenwahn hinsichtlich teurer Klamotten oder Handys, Vorurteile und Geschlechterrollen, unangebrachtes Verhalten weiter Teile der Bevölkerung in der Coronapandemie am Beispiel Hamsterkäufe, Bahn fahren in Deutschland und das stark kritisierte neue Mobilitätskonzept des Landkreises Kronach, von uns Menschen verursachte Umweltprobleme sowie die aktuellen Zustände in Amerika mit Trump, seiner Corona-Politik und der „Black lives matter“-Bewegung.

All unsere kritischen Gedanken äußern die Fabeltiere, in deren Haut wir schlüpfen, damit sie uns vor jeglicher Zensur und Strafe schützen, in elegischen Distichen, deren Abfassen sich als sehr schwierig erwies.

Gänzlich unmöglich aber war wegen des Lockdowns im Januar eine reguläre Aufnahme des Theaterstücks in der Studiobühne der Schule. Doch Minerva, die Göttin der Weisheit, der Künste und des Handwerks, die ich darstelle, rettete unseren Wettbewerbsbeitrag als *dea ex machina* durch moderne Technik vor dem scheinbar übermächtigen Coronavirus.

Verfolgen Sie nun gespannt, wer als der Beste aller tierischen Kontrahenten und als Sieger aus dem Dichterwettstreit hervorgeht!

- Sophie Raab

Deliberationes ac...

Franca mus: (Franca Bittruf)

Mus animal timidum est. Propterea mea sententia epigrammati, quod de eis, quibus parva fiducia sui est, scripsi, congruit. Mus modestus est et sententiam aliorum animalium propter parvam staturam suam timet. At stultus non est: Modestia sua se protegere vult, quia scit ceteros fortiores esse. Perspicit etiam causam discordiae aliorum animalium: Hi omnes se ipsos tantum amant ac optimos putant.

Hodie multis hominibus difficile est se ipsos diligere. Sed hoc discendum est! Quod mus meum bene exprimit.



Lia lupus: (Lia Meindlschmidt)

Lupus scundum naturam vivit et in ea etiam in posterum habitare vult. Itaque lupum animal pro epigrammate meo, in quo de natura deleta loquor, delegi. Nam temporibus nostris excidium naturae gravius graviusque fit, quod ad unumquemque nostrum pertinet. Homines quidem, qui in fabulis multa mala de lupo narrant, ipsi contrarium lupi, qui terram observat ac diligit, sunt. Quare in carmine contentione utor.



...explicationes poetarum

Mia Aline feles: (Mia Aline Hanft)



Meum animal feles est. Haec tam ignava
quam valde sibi placens et insidiosa puta-
tur.

Epigrammata mea sunt de opinionibus
praeiudicatis, quod bene ad felem conve-
nit, quoniam etiam de eius moribus opini-
ones praeiudicatae sunt. Itaque feles
hoc propositum non ignorat.

In primo carmine translatio est, qua ex-
primo talium opinionum oblivious et res,
homines, animalia recte considerare ma-
ximi momenti esse :

*Uns're Gesellschaft hält fest // an
Vorurteil'n wie an Planken.
Oberflächlich und alt // werfen wir sie
über Bord!*

Secundum epigramma de officiis virorum feminarumque scripsi. Hic usa sum conten-
tione, quae discrimen antiquitus traditum inter sexum virilem sexumque muliebrem
demonstrat :

Nummos vir mereat, // maneat domi uxor mehercle !

Istud discrimen enim adhuc manet, ut haec imago indicat :



Ambobus carminibus homines ad extinctionem opinionum priscarum invito.

Benjamin capra: (Benjamin Sieber)

Capra cupida maledicendi semperque murmurans incommoda perpetua, quibus societas viae ferratae Germaniae vectores velut me afficit, reprehendit.

Carmine meo animos hominum ad id, quod multi discipuli, qui carris in orbitis tractis vehuntur, cottidie patiuntur, advertere studeo: Manus pedesque miserorum frigent, dum oculi iam diu exspectantium legunt carros sero adventuros esse.



Benjamin leo: (Benjamin Sieber)

In fabula nostra leo augustus, rex animalium, Donaldum Trump describit. Exclamatio in fine fabulae „Cavernam albam non relinquam!” significat ea, quae ab isto clade contra Joe Biden accepta facta sunt: E Domo Alba exire contumaciter recusavit.

In ipso epigrammate, quod est de USA, de condicione miserabili dico, quae ibi orta est e rebus a principe Trump gestis, e morte terribili cuiusdam hominis nigri (George Floyd), e peste Covid XIX appellata.





Johanna anser: (Johanna Zipfel)

Salvete censores,
vobis explicabo, cur anserum animal delegerim et quod argumentum epigrammatis mei sit. Anser mihi placebat, quia animal est, quod in nulla fabula, quam antea cognoveram, inductum erat. Praeterea indoles anseris aptissima ad partes moderatoris disceptationis animalium videtur, quia anser multum garrit.

Propositum carminis mei sunt ii, qui stulte putant sibi semper vestes caras vestiforum clarorum induendas esse. Hic error enim in civitate nostra pervagatus est.

Anna mesocricetus auratus: (Anna Rapprich)

Mesocricetus auratus omnia colligere et copias suas augere semper studet, ut ad quaelibet tempora praeparatus sit. Hoc animal ideo pro epigrammate meo delegi, quod peste "Corona" nominata, quae res seria tristissimaque est, quae ad omnes homines pertinet, multi nunc - suis cupiditatibus, non salute communi impulsi - in talia animalia rodentia mutati sunt. Iстос meis versibus salsis reprehendere volo. Ceterum Martialeм poetam imitans epigramma comparatione („tamquam animal rodens“) et contentionе („Non tua res agitur: Charta cacando agitur!“) ornavi.



Fabula:

Certamen animalium poetarum:

PROLOGUS

Minerva: Minerva dea vos omnes salutat, spectatores cari. In theatrum venistis ad fabulam Latinam spectandam. Quod nunc - tanto damno - peste Corona nominata sic non licet. Sed ego, dea sapientiae artiumque, effeci, ut contentioni acrerrimae animalium poetarum tamen instrumentis divinis interesse possetis. Utinam fabula vos ita delectet ut doceat!

- *carmen* -

I. INTROITUS

Leo: Salvete, amici carminum! Frequentes huc venistis. Quod mihi valde placet. Gaudete! Exspectant vos duae horae iucundae artium Apollinis Musarumque plenae. Utinam optimus imitator Phaedri Martialisque vincat!

Anser: Audiamus igitur carmina omnium poetarum!

II. CERTAMEN ANIMALIUM POETARUM

Animalia epigrammata sua recitant.

Franca mus

Jeder ist so, wie er ist. // Es lebt jeder so, wie's ihm selbst passt.

Nicht liebt sich selbst jeder gleich. // Lernen muss jeder das erst.

Oft ist das wirklich sehr schwer. // Somit muss man es auch richtig wollen.

Wenn man es dann endlich schafft, // kann man des Lebens sich freu'n.

Unusquisqu(e) hominum // quidem talis est, qualis est forte.

Ergo vivere sic, // ut libet ipsi, solet.

Non unusquisqu(e) amat se // mod(o) eodem, quo multitudo.

Primum discendum (e)st, // quomod(o) amandum tibi.

Lia lupus

Einzigartige Welt, // die du mir so gefällst und bist wichtig,
Nicht mehr kann ich es hör'n: // Zweibeiner woll'n dich zerstör'n!

Vae, terr(a) unica, tu, // quae cordi sis mihi tantum !

Commoveor. Nam sunt, // qui te delere velint!

Vincetne vere optimus?

Mia Aline feles

Uns're Gesellschaft hält fest // an Vorurteil'n wie an Planken.
Oberflächlich und alt // werfen wir sie über Bord!
Mores antiqui // servantur ac observantur.
Mutemus mores ! // Sunt enim prisciores.

Männer verdienen das Geld // anders als die Frau, die daheim bleibt.
Sie kümmert sich um das Kind. // „In“ ist das lang schon ... nicht mehr.

Nummos vir mereat, // maneat domi uxor mehercle !
Infantes curet ! // - Istud est non « up to date ».

Benjamin capra

Kreuz und quer durch das Land // rund um Kronach rattern die Züge.
Doch - oh nein! - viel zu spät! // Bahn fahren ist eine Qual!

Circ(um) urbem Cranam // trahuntur in orbitis carri.
Sed semper sero. // Sic cruciatus iter.

Benjamin leo

Von Protesten geplagt, // Covid 19 und Trump sind die Hölle,
die USA sind k. o.: // Gar nichts ist dort mehr okay.

Terribile (e)st: Donald Trump, // discordia civium, Covid.
Succumbunt USA. // Succedit omnino nil.

Johanna anser

Teures braucht der unbedingt, // der nicht aus der Mode will kommen.
Eitel und dumm - Raben gleich - // tragt ihr nur Marken an euch.
Doch verrät euer Wahn, // dass ihr Zweifel habt an euch selber.
Drum legt ab das Korsett // und legt an euren Geist!

Caris cert(e) eget is, // qui vult obsolescere numquam.
Van(i) ut corvi nil // gestitatis nisi BOSS.
Atqu(i) amentia te // de t(e) ips(o) aperit dubitare.
Serperastr(a) exue tu ! // Ingeni(um) indue iam!

Anna mesocricetus auratus

Wenn folgt der Herde der Mensch, // wie ein Tier sich verhält, wie ein Hamster,
ist keineswegs er im Zoo, // kauft nur Papier für das Klo.

Tamqu(am) animal rodens // sectaris tu gregem stulte? - /
Non tua res agitur: // Charta cacand(o) agitur !

III. DISCEPTATIO ANIAMIUM EPIGRAMMATA PROBANTUM

Anser, moderator disceptationis, ante animalia stat.

Anser: Nunc omnia carmina audivimus. Age dicite, quid sentiatis, censure!

Mesocricetus auratus ad cocta dulcia salsaque properat et illis buccas stipat.

Leo: Quodcumque ceteri censeant, veni, vidi, vici.

Lupus: Nescio, an rex erret. Mihi utique epigramma felis, quod de opinionibus praecipitatis narrat, maxime placet. Sunt enim plurimae opiniones pravae etiam de me.

Mesocricetus auratus ad sedem suam redit.

Felis: Edepol ! Sunt vere maiores res - velut natura deleta! In carmine tuo, lupe, nostra omnium res agitur.

Ad cetera animalia versa:

Praeterea lupus poeta verbis suis optime expressit, quid sentiret:
« Vae ! », « cordi sis mihi », « commoveor ».

Anser: Et tu, mus, quae est sententia tua ?

Mus: Cuius opinio ? Mea ? Ähhhh, mea sententia unumquodque opus singulare est.

Anser: Audi, mus: Et tibi carmen a te praelatum nominandum est.

Mesocricetus auratus iterum cocta dulcia salsaque sumit.

Mus: Ämmmh, ut iam d-d-dixi, cunctas recitationes p-p-probo. Sed p-p-p-estis Coronae ad nos omnes pe-pe-pertinet. Itaque epigramma me-me-mesocriceti aurati amplissimum p-p-puto.

Felis: Istud quidem ridiculum est ! Neminem dolore afficere vis, quia timidus atque trepidus es.

Capra: Sed ego proba sum et vera dicam : Plurima opera mala, immo pessima sunt ! Versus mesocriceti aurati sunt pleni verborum, quae poeta honesto indigna sunt: « stulte », « cacando » ! « Stulte » et « cacando » ! Praeterea nonnulli ex versibus vestris perfecti non sunt. Ecce duo exempla : « maneat domi uxor mehercle ! »: Hic elisio deest. Vel : « talis est, qualis est forte » : Hic syllaba « est » falso brevis est.

Mesocricetus auratus: Ut semper rem auges, capra maledicens ! Epigramma meum perfectum esse appareat. Qua de causa ego et has copias et palmam domum portabo.

Feles de sella exsilit et mesocriceto aurato sonis terribilibus minatur. Anser mesocricum auratum defensurus inter ambo consistit, mesocricetus auratus perterritus recedit.

Anser: An insanis, felis? Redi statim ad sedem tuam, bestia!

Mesocricetus auratus: Ceterum censeo carmen anseris quoque magno honore afficiendum esse. Anseri enim contigit, ut comparationem (« Van(i) ut corvi ») insereret et contentionem, quae simul dispositio parallelia est (« Serperastr(a) exue tu ! // Ingeni(um) indue iam! »). Quod eius calliditatem ostendit.

Lupus: Simulator ! Non opus optimum laudas, sed patronum tuum ! Istud improbum est, mesocricete aurate !

Anser: Num in comoedia mala sum? Istud certamen profecto grave non iam est. Unus quisque suum tantum commodum spectat.

Leo: Oh incredibilem fraudem! Ego vitor sum, ego maximus sum, EGO, rex animalium. Cavernam Albam non relinquam!

Mus: Quod erat demonstrandum : «Utinam optimus vincat ... ! »


- *carmen* -

EPILOGUS

Minerva dea: Vos, homines, animalia rationalia estis. Itaque vos moneo: Mente utimini! Nolite cupide agere! Adeste alter alteri! Observate distantiam necessariam, tegite os nasumque! Imprimis autem ne desperaveritis! Utinam bono animo sitis!



- *Finis fabulae* -



Kaspar-Zeuß-Gymnasium Kronach